

De Probatis|| Sanctorvm|| Historiis

Partim|| Ex Tomis Aloysii Lipoma-||ni, Doctissimi Episcopi, Partim Etiam||
Ex Egregiis Manvscriptis Codicibvs, Qvarvm permultæ antehàc nunquàm
in lucem prodiêre

Complectens Santos Mensivm Novembbris Et Decembbris

Surius, Laurentius

Coloniae Agrippinae, 1576-

VD16 S 10263

Ioha[n]nis Chrysostomi Archiepiscopi Co[n]sta[n]tinopolitani Laudatio in S.
Apostolum Andream.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-77423](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-77423)

N O V E M B E R.

700

cui credidi, vt ego de bonis fratriis mei aliquid cōtingam, nē polluat me crimen eius,
quia Apostolum Domini ausus fuit pro amore pecunia occidere.

Hęc autem gesta sunt apud Achaiam prouinciam ciuitate Patras, pridię Calendas
Decembris: vbi etiam præstantur glorioſa eius beneficia vique in præsentem diem.
Tantus autem timor inuasit omnes, vt nullus remaneret, qui non crederet Saluatori
noſtro Deo: qui vult omnes saluos fieri, & ad agnitionem veritatis venire. Ipsi gloria
in secula seculorum, Amen.

IOHANNIS CHRYSOSTOMI ARCHIEPISCOPI CONSTANTINOPOLITANI LAUDATIO IN SANCTUM APOLLONIUM ANDREAM. Habetur in Simeone Metaphraste, septimo tomo Alofij.

Nouembr. 30.

Apostoli pifcatores.

Instrumen-
ta Apolto-
licæ pifca-
tionis.

Gen. 4.

Gen. 7.

Exod. 3.

Num. 17.

Iofio.

1. Reg. 1.

3. Reg. 16.

4. Reg. 2.

4. Reg. 13.



VALIDVM est Apostolicae pificationis rete, admirabilis
Andrea memoria, & eius retis commemoſatio, quo ad
capiendas, & ad Christianam fidem attrahendas gente
vſus est. Sagena enim, qua immortales illi mortui vſi sunt
nulla temporis obliuione potest int̄ep̄ci. Non veteri
ſunt tempore illa venationis instrumenta, quæ non hu
mana arte, ſed diuina gratia effecta ſunt. Quanis enim
pificatores ipſi à nobis excederint, nullo tamen temporis
instrumenta, quibus illi vſi ſunt, aut sagena, qua mundum
pium compræhenderunt, inueterata eſt. Qui cum ret
ia ſunt, & extrahunt, non videntur, & tamen illorum re
tia plena conſpicuntur. Non arundinem illam poſſederunt, quam tempus corrum
pit. Non linum in aquam demiferunt, quod vetustate putreficit. Non hamum fabri
cārunt, quem rubigo consumit. Non eſcam in hamo poſuerūt, qua pifces caperent.
Non in petra conſederunt, qua vndis quatir. Non in ſcapha nauigārunt, quam
diſſoluit tempeſtas. Non pifces, hoc eſt, naturam rationis expertem, expiſcati ſunt.
Sed quemadmodum ars illa, qua vſi ſunt, admirabilis: ita & illorū instrumenta, nova
atque inuifitata extiterunt. Nam pro arundine prædicatione vr̄tūt, pro funiculo me
moria, pro hamo potentia, pro eſca miraculi, pro petra cæli, ex quibus huiusmodi
pificationem exercent: pro ſcapha habent altare: pro pifcibus Reges etiam ipſos
capiunt: pro sagena Euangeliū expandunt: pro arte diuinam gratiam adhident:
Crux, rete pro mari vitam humanam traſtant: pro retibus Cruce, velut ſagena quadam, vi
Apolitoſi ſolent.

Quis vnquam vidit à mortuis pifctoribus viuentes homines, tanquam pifces, ca
pi? O magnam Crucifixi potentiam, o diuina dignitas præſtariam, o Apoftolorum
ſumma beneficia. Nihil tale in vita eſſe poſteſt, quale eſt Apoftolice gratia ſaltigium.
Multā certè vidit humana vita valde admirabilis, & opinionē ſuperantia. Vidi enim
ſanguinem effuſum clamātem, & cædem ſine lingua vociferantem, ac naturam pro
pter inuidiam contra ſe diuifam, fratrem germano fratri mortem inferētem, ac pro
pter inuidia liuorem mortis ianuam patefactam. Vidi illam Noē arcā in mundi
naufragio poſitam, & nature humana interitum. Vidi ſenem contra propria vice
ra, hoc eſt filium, fide armatum, & tanquam viſtimam eum offerri, qui eafius non eſt.
Vidi benedictiones furto conciliatas, & formatoris Dei, ac ſerui palastram. Vidi
inuidiam inter fratres exoram, & ſeruitutem regni conciliatricem. Vidi ſomnis
paratum ſolum, & fratris infidiatores fame attraclos. Vidi virgam miraculorum
effeſtricem, & rubum igne, tanquam rōre, circumfundit. Vidi legum latorem Moy
ſem elementis imperanterem. Vidi vndas ipfas, tanquam lapides, ſolidas factas, pro
fundum mare denudatum, viam repente ſtruſtam, & columnā nubis in die, ac ignis
in nocte populorum multitudini ducem ostēsam. Vidi virgam ſine terra germinan
tem. Vidi ē cælo panis loco manna fundi. Vidi hominis oratione ſolem, tanquam
freno quodam, ſifti: & sterilis precibus impenetratum, vt ipsa prophetam conciperet.
Vidi farina pugillum frugibus copioſorem, & lecythum olei fontibus abundan
tem. Vidi currum in aere agitari, & prophetam affumi. Vidi denique mortui offi
vitæ remedium fieri. Multa talia magna & admirabilia vidit hominum vita. Sed illa
tanquam ſcenum præterierunt, & extincta ſunt, vt lucerna, exorto ſole.

Nihil

Nihil tale vñquām fuit, quale fuerunt Apostoli. Hi cùm Dei verbi essent ministri, at trecherunt incarnatum illum, qui, vt Deus, figuram non habet. Secuti sunt ambulantes cum, qui vñquē præsens est. Discubuerunt vñā cùm illo, qui nullo loco circumscribitur. Eius vocem audiuerunt, qui verbo fecit omnia. Mundum ipsum lingua, tanquā sagena quadam, concluserunt. Circumiérunt suis cursibus fines orbis terrarum. Errores, vt zizania, eradicárint. Aras, vt spinas quasdam, amputárint. Idola, Itēm agri-
tanquā feras, interfecerūt. Dæmones, vt lupos, profugārunt. Ecclesiam, vt gregem colis com-
quendam, collegerunt. Orthodoxos, tanquām frumentum, congregārunt. Hæreses, parantur
vitæ paleas, proiecerūt. Iudaifum, tanquām foenum, arefecerunt. Græcorum sectam, Apóstoli,
tanquām stipulas quadam, igne combusserunt. Humanam naturam Crucis ipsa, tan-
quām arato quodam, excoluerunt, & verbum Dei, vt sementē quandam, sparserunt.
Ad summam, omnia illorum facta, tanquām sidera quædam, effulserunt. Quamob-
rēm clara voce illis dicebat Dominus: Vos esis lux mundi. Siquidem Orientem ha-
bet Christianus homo illum, qui è Virgine natus est: diluculum habet eum, qui ba-
ptismatis parens fuit: splendorem habet Christi Crucifixi gratiam: radios, admirabilis illas linguas: diem, futurum illud seculum: meridiem, tempus, quo in Cruce
ipsa manit Dominus: Occidentem, sepulcri habitationem: vesperam, breuem illam
mortem: Solis fulgorem, resurrectionem à mortuis. Vos esis lux mundi. Intuere
astra hac, & illorum splendorem obstupefce. Idcirco Andreas hodierno die cùm,
tanquām luminis thesaurem quendam, cōmūnem Dominum inuenisset, clamabat
ad Petrum fratrem suum: Inuénimus Messiam.

Matt. 5.
Itēm luci mundi.

Ioan. 1.

O fraterna charitatis exuperantiam, ô inuersum ordinem. Posterior Petro in vi-
tam ingressus est Andreas, & prior Petrum ad Euangelium allexit, & tanquām venatu-
rus est. Inuénimus (inquit) Messiam. Ex gaudio profecta est hæc oratio: latum in-
uentar rei Euangelium hoc fuit. Inuénimus (inquit) thesaurem illum. Fuge, Petre,
circumcisio paupertatem: exue te laceris pannis legis: abiice iugum literæ: hæc
omnia contemne, vt parua quædam: vt somnia, despice præsentia: ac Bethsaidem,
vt vilem & abiectum quendam locum, aspernare: relinquere rite, vt paupertatis in-
strumentum: Icapham, vt naufragij thalamum: pescandi aream maritimæ fluctuari-
oni expositam: pices, vt ventris negociationem: gentem Iudaicam, vt rabiem con-
tra Deum: Caipham, vt praui confessus parentem. Inuénimus Messiam, quem pro-
nunciárint Prophetæ, quem lex præconio suo, tanquām tuba quadam, nobis prædi-
cauit. Inuénimus legis thesaurem. Fuge, Petre, famam literæ. Inuénimus Messiam,
quem olim adumbrarunt signa, quem vidit Michæas in throno gloria, quem Elaias
contemplatus est super Seraphim, quem Ezechiel vidit super Cherubim, quem Da-
niel speditus super nubes, quem Nabuchodonosor vidit in fornae illa, quem Abra-
ham acceptit in tugurio, quem Iacob non dimisit, nisi prius ab illo benedictus esset,
cuius posteriora vidit Moses super petram. Hunc nos inuénimus sine principio geni-
tum, & in ultimiis diebus visum. O thesaurem ingentem, cuius copia exauriri non
potest. Diuinita enim sunt non materiei subiectæ, quarum essentia originis est expers,
& inuentio ipsa recens. Inuénimus Messiam, qui interpretatur Christus.

Reg. 22.
Ela. 6.
Ezech. 10.
Dan. 7. & 2.
Gen. 31.

Muli quidem fuerunt Christi, sed omnes morti subiecti. Abraham Christus fuit,
sed in sepulcro corruptus est. Isaac quoquè fuit ille quidem Christus, sed eius ossa in
monumento iacent. Fuit & Iacob Christus, sed morti subiectus. Moses etiam fuit
Christus, sed quo loco sepultus sit, nescimus David similiter fuit Christus, sed omnes
mortis spolia, omnes fuere mortis captiui. Vnus verè fuit Christus, natura quidem
Deus, sed propter eius misericordiam homo: qui virginalem ventrem suo exitu, tan-
quām sigillo quodam, signauit, & pescatores illos suos curationum fontes effecit:
Cuius est imperium, regnum, gloria & adoratio cum immaculato,

Vnus Chri-
stus, natura
Deus, & ho-
mo propter
nos.

consubstantiali & eiusdem substantiæ patre, & sanctissimo
spiritu, nunc & semper, & in secula se-
lorum, Amen.